[illegible]

R. [...]ruit sol in clipeos aureos. & resplenduerunt montes ab eis. et fortitudo gen-
tium dissipata est. V. Erat enim exercitus magnus ualde & fortis. & appropiauit
iudas & exercitus eius ad prelium. Et fort. Et accepit antiochus au-
rum & argentum & uasa concupiscibilia & thesauros occultos quos in-
uenit. & sublatis omnibus abiit in terram suam. & fecit cedes hominum
& locutus est superbia magna. Et factus est planctus magnus in israel.
& in omni loco eorum. & ingemuerunt principes & seniores ciuitatis et iuuenes
uirgines infirmati sunt. speciositasque mulierum immutata est.
R. Congregate sunt gentes in multitudine ut dimicent contra nos. et ig-
norauimus quid agere debeamus. domine deus ad te sunt oculi nostri ne
pereamus. V. Aperi celos tuos domine & uide afflictionem nostram. Domine.
Post annos duos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates
iuda. & uenit in hierusalem cum turba magna. & locutus est ad eos uer-
ba pacifica in dolo. & crediderunt ei. Et irruit super ciuitatem re-
pente. & percussit eam plaga magna. & perdidit populum multum
ex israel. & accepit spolia ciuitatis. & destruxit domos eius et
muros per circuitum. & captiuas duxerunt mulieres. & pecora possederunt.
R. Aperi celos tuos domine & uide afflictionem nostram. circumdederunt nos
gentes ad puniendum nos. sed tu domine extende brachium tuum. & libera ani-
mas nostras. V. Congregate sunt gentes in multitudine sua. ut pugnent contra nos.
Et edificauerunt ciuitatem dauid muro magno & firmo. & turribus fir- Sed tu
mis. & facta est illis in arcem. Et factum est hoc ad insidias sanctifica-
tioni. & in diabolum magnum in israel. Et effuderunt sanguinem inno-
centum sanctificationis. & contaminauerunt sanctificationem. & effugerunt
habitantes hierusalem propter eos. & facta est habitatio exterorum.
Et facta est extera semini suo. & nati eius R. Aperi celos.
reliquerunt eam. & sanctificatio eius desolata est sicut solitudo. Dies
festi eius uersi sunt in luctum. & sabbata eius in obprobrium. &
honores eius in nichilum. Secundum gloriam eius multiplicata
est ignominia eius. & sublimitas eius uersa est in

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1288, fol. [2]r – Noted breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-plo0/7304/58916)